



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XV. De honore & reverentia filiorum in parentes, feminarum in viros suos, & servorum in Dominos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

CAPVT XV.

De honore & reverentia filiorum in parentes, feminarum in viros suos, & servorum in Dominos.

Qui parentes fideles habent Neophyti, doceantur eos honorare, juvare & fovere, illisque obsequi, parere & obedire, ut naturali Jure teneantur, quod sibi fuerit i causa vite. Et Dominus precipit in Decalogo dicens: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longevus super terram, quam Dominus DEUS tuus dabit tibi. Et iterum in innovatione legis: Honora patrem tuum & matrem, sicut praecepit tibi Dominus DEUS tuus, ut longo vivas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus DEUS tuus daturus est tibi.

1. S. Tdo. 2. 2. qu. 122. art. 5 Exod. 20. Deut. 5.

Proinde filij caveant, ne violata naturae & Dei lege, impias manus in Patrem vel matrem injiciant, nam & in tales sceleratos filios, DEUS etiam temporalis mortis supplicium comminatus est: ita enim in Exodo mandavit: Qui percusserit patrem suum, aut matrem morte moriatur.

Exod. 21.

Sed nec maledicta quidem in parentem profanant: nam & eadem divina lege dicitur: Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Et rursus in Levitico: Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: Patri matrique qui maledixerit sanguis ejus sit super eum. Et hoc ipsum Christus Dominus in Evangelio refert.

Ibidem. Levit. 20.

Matt. 5.

Contra vero commoneat eorum parentes, ut & ipsi suos filios in disciplina, atque in timore Domini educare studeant, illosque benignè ac paternè tractent; non favientes in illos, ne nimium timidi aut pusillanimes reddantur; neque nimium durè aut asperè agentes cum ipsis, ne ad itacundiam vel indignationem provocentur, neve sic provocati in aliquam desperationem inducantur: quem admodum idem docet Apostolus, tum ad Ephesios dicens; Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Tum ad Coloss. 3. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Ita Abel, Seth, Isaac, Jacob, Joseph, Benjamin, filij Job, Tobias, fratres Machabaei, & alij justi in sancto Dei timore & amore à sanctis Patriarchis & viris pijs suis parentibus educati sunt, Sed etiam docebit, quod iij, qui loco parentum sunt honor, obedientia, reverentia debentur, praesertim vero Dominis sacerdotibus, Episcopis scilicet & Presbyteris, qui spirituales Patres sunt, nec non Clericis & Religiosis viris, ac servis DEI, & de sacerdotibus quidem in Ecclesiastico scriptum: In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica, in omni veritate tua dilige eum, qui te fecit: & ministros ejus ne derelinquas. Honora DEUM ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes, & propurga te cum brachijs. Da illis partem sicut mandatum Malach. 2 est tibi primitiarum, & purgationis, &c. Et apud Malachiam: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est: Et in Evangelio Dominus de correptione fraterna loquens dicit: Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Et Apostolus: Qui benè praesunt laborant in verbo & doctrina. Et iterum: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt

Ecclesi. 7.

Levit. 2.

Malach. 2.

Matt. 18

1. Tim. 5.

verbum Dei, quorum insuetudine exitum conversationis, imitamine fitem. Et in illa: Obedite praepositi vestris, Hebr. 13. & subjacet eum. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis. De ad hoc de honorat. omnibus vero tam sacerdotibus, quam alijs Dei ministris, & servis ita idem Dominus dicit: Matt. 10. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Propheta accipiet, & qui recipit justum in nomine justis mercedem justis accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et iterum Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit, & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit. Ac rursus: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem amen dico vobis, qui accipit si quem miser, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit. Et Apostolus docet: Redde ergo omnibus debita; cui tributum, tributum; cui vestigal, vestigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis.

Mulieres admoveat, ut 3 humiles, verecundae, sobriae, castae, & modestae sint; & juxta verbum Dei dicentis prima parenti nostrae Evae Genes. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Viris suis in omnibus subiecta: in Ecclesijs velato capite orent, & taceant; domi autem discant à viris suis: fucos, pigmenta, capillaturas, cinctuos, & omnem superfluum ornatum vitent, ut se verè pompis diaboli in Baptismo abrenuntialle ostendant, & mulieres infideles ex earum pia, & sancta conversatione ad Christianam fidem amplectendam provocentur.

Viros autem doceat, ut uxores suas, ut corpora sua diligant, illis adhaereant, cum eis coharent, & non sint amari ad illas, cum inter legitimos conjuges fideles matrimonium magnum sit sacramentum in Christo & Ecclesia, ac divina & naturali lege individua & perpetua vitae consuetudo atque vinculum indissolubile esse debeat: quem admodum dixit Adam, cum Evam è sua colta edificatam, & à Domino ad se adductam agnovit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hoc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quam obrem relinquit homo patrem suum & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Et Dominus noster in Evangelio confirmavit: Non legistis, inquit, quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos. Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae. Et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Sed & Apostolus solius eadem docens ait: Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea.

Ac subinde ipsi viri sciant cum legitimum uxori- bus suis se perpetuo permanere debere, nec eas dimittere, aut deserere eas sibi fas esse: neque etiam apud Christianos repudium, aut divortium locum habere, nisi ex causa fornicationis, sive adulterij quo ad iori separationem, ut Dominus & Salvator in monte docuit: Nihil est autem, quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudiij. Ego autem dico vobis; quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam maritum: & qui dimissam duxerit, adulterat.

Quam obrem admonendi sunt, ut uxoribus debirum reddant, nec invicem se fraudent, nisi de consensu ad tempus, ut orationi, seu sacrorum mysterio

1. Cor. 7.

steriorum f. fceptioni vacent; prout idem Apolo-
los Corin. h. j. respondens docet: De quibus autem
scripsisti mihi: Bonum est homini mulierem non tan-
gere; propter fornicationem autem unusquisque suam
uxorem habeat, & unaqueque suum virum habeat.
Uxori vir debitum reddat: similiter autem & uxor vi-
ro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir;
similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed
mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu
ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in
id ipsum; ne tentet vos Satanas propter inconiuentiam
vestram.

Ecc. 25.

Ecc. 40.

Quocirca exhortandi sunt viri ad servandam,
perpetuoque retinendam pacem, & concordiam
cum uxoribus suis, nec tamen indulgeant earum
vanis desiderijs & voluptatibus, sed latagent, ut
sint pia & modesta in omnibus; ut quietam &
tranquillam vitam in mutua charitate ducant, ac
praeceptum Domino placere possint, juxta Sapientem
cum dicit, In tribus placitum est spiritus meo, quia
sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fra-
trum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi
consentientes. Et rursus, Amicus & sodalis in tempore
convenienter, & super utroque mulier cum viro.

1. Cor. 7.

Servos doceat in sua vocatione propter Do-
minum permanere debere dicens Apolo: Un-
usquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat:
Servus vocatus est non sit tibi cura, sed & si potes
fieri liber, magis utere. Qui enim in Domino vocatus
est servus, liber est Domini. Similiter qui liber vocatus
est, servus est Christi, pretio empti est: nolite fieri
servi hominum. Unusquisque ergo in quo vocatus est
frater, in hoc permaneat apud DEUM, idcirco, ut ju-
gum servituti libenter ferant, Dominus carnalibus non
ad oculum servientes, quasi hominibus sed sicut Domi-
no, & ob ejus amorem, qui cum in forma Dei esset, se-
metipsum exinanivit, formam servi accipiens, in simi-
litudinem hominum factus, & habitum inventus ut ho-
mo: illi in simplicitate cordis obediant, ac subditi sint,
& ex animo eorum iussa faciant, in omnibus placentes,
non contradicentes, non fraudantes

1. Apostol.

ad Philo-

monem

(ubi de

Onesimo

dicit) ut

eternum

illum re-

ciperes,

jam non

ut ser-

vum, sed

pro ser-
vo charis-

simum

fratrem

maxime

mihij

quanto

autem

magis ti-

bi & in

carne &

in Do-

mino.

Ezod. 20.

Levit. 19.

& Deut. 5

reddantur, aut cum oportum fuerit moneat, ut
servos jam fideles non agere, sed hiliter, ac non
ut servos, sed pro servis charitissimos in Christo
fratres suscipiant, & benignè tractent, ac eis quod
benignum, justum, & aequum est, praestent; curent
que ut Christianè vivant, & eos, qui discoli fue-
rint, ut filios corrigant, & Christianam charitatem
in omnibus erga eos exercent. Etenim ut dicit
Apostolus 1. Cor. 12. In uno spiritu omnes nos in
unum baptizati sumus, sive Judaei, sive Gentiles, sive
servi sive liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Et
alibi: Omnes filij Dei estis per fidem in Christo. *7* ESU.
Galat. 3. Quicumque enim in Christo baptizati estis,
Christum induistis. Non est Judaeus, neque Graeco, non
servus, neque liber, non est masculus neque femina.
fratrem
Dominicus & festis diebus non permittant il-
los servilibus, & mechanicis operibus vacare, sed
potius juxta divinam legem, & Ecclesiae praecpta,
eos faciant ab ijs quietare, & abstinere, ad Eccle-
sias accedere, sacris Missarum mysterijs interesse,
verbum Dei audire, frequentar sua peccata sacer-
doti Confessario probato confiteri: & de ejus
consilio sanctissimae Eucharistiae Sacramentum
suscipere, atque alijs pietatis actibus operam dare.
Specialiter tandem dominos doceat, quae & do-
minis mandat idem Apostolus, postquam com-
mouit servos: Et vos do mini eadem facite illis, remit-
tent es minas, scientes quia illorum & vester Dominus
DEUM, Exiterum: Domini quod justum est, &

equum servis prestare, scientes quod & vos Dominum
habetis in calo. Et quae Sapiens monet: Non ladae ser-
vum in veritate operantem, neque mercenarium ducen-
tem animam suam. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi
anima tua: Non defraudes illum libertate, neque ino-
pem derelinquas illum. Et iterum. Si est tibi servus fi-
delis, sit tibi quasi anima tua; quasi fratrem sic eum
tracta, quoniam in sanguine anima comparasti illum.
Tum etiam ad Timotheum: Quicumque sunt sub
jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitren-
tur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui
autem fideles habeat Dominos, non contemnant, quia
fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt &
fideles, qui beneficij participes sunt. Hac doce & exhor-
tare. Tum denique ad Titum: Servos (scilicet) horti-
tare Dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non
contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem
bonam ostendentes, ut doctrinam salvatoris nostri Dei
errent in omnibus. Et B. Petrus: Servi subditi estote in
omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed
etiam dissolis. Omnes enim vos unum estis in Christo
7 ESU.

1. Tim. 6.

Tit. 2.

1. Pet. 2.

2. Cor. 11.

Tolet. 1. 2.

19. paragr.

item ut

Episc. om-

nes fua-

das, & c.

ibi & ut

peffessio-

nes eo-

rum, vel

conditio-

nes in

serinis

Ecclesia

condant.

& Conc.

Tri. siss.

24. de re-

form. ma-

trim. cap.

2. paragr.

Parochus

ante 100.

3 Paul.

PP. 19. in

fuis literis

in forma

brevis de

Judaeis &

infid. ven-

ient. ad

fid. inc. 1.

Capien-

tes lu-

daos. Da-

tum Rom.

apud 8.

Petram ab

Annulo

piscator.

die 21.

Mar.

1542

Ponrif. suis

anno 8.

paragr. Et

quoniam.

ad ver-

bum de-

sumpto ex

PP. Conc.

Basil. siss.

C A P V T X V I.

De alijs servandis circa Neophytos.

IN Archivo domus Catechumenorum & Neo-
phytorum habeatur 2 & asservetur specialis li-
ber, in quo describantur singulorum, qui in ea re-
cepti, vel catechizati, & instructi, sive majores, sive
minores natu fuerint, baptizati sunt, nomina, cog-
nomina, patria, & Baptismi & Confirmationis
dies, quive eorum in Catechismo, Baptismo, &
Confirmatione fuerit susceptores.

Sed & ipsorum omnium numerus, seu catalo-
gus in eodem libro, vel in alio relineatur.

Ubi vero domus Catechumenorum non ex-
tat, Parochus id faciet in communi libro bap-
tizatorum, & confirmatorum, ac loci Ordinarius
ad futuram Dei memoriam, in actis suae Curiae
haec ipsa adnotari mander.

Et quoniam per gratiam Baptismi cives San-
ctorum & domestici Dei efficiuntur, longèque
dignius existit regenerati spiritu, quam carne na-
tici: ideo 3 Apostolica auctoritate statutum est, ut
Neophyti civitatum & locorum, in quibus sancto
Baptismate pro tempore regenerabuntur, verè ci-
ves fiant, & privilegij, & libertatibus & immuni-
tatibus, quae alij ratione nativitatis, & originis
dumtaxat consequuntur, gaudeant. Proinde ea de
re Neophyti ipsi post aliquot Baptismi dies, cer-
tiores fiant, & eorum Praefecti seu Parochi, aut
alij, qui ipsis praesunt, curent, ut apud populi ejus
loci magistratus inier cives, sive eorum catalogo
describantur.

Catechista aut alius Praefectus Neophytis sa-
pius ad memoriam reducat; praeteritum vero cum
eos de domo Catechumenorum dimittit, 4 spon-
sionem illam, quam ante Baptismum fecerunt, de
abrenunciando Satanae, & omnibus operibus ejus,
& omnibus pompis ejus.

Praeteritum potro diebus elapsis, adulti sive
majores Neophyti, qui proprias domos habent,
quibus ad vitae sustentationem suppetunt facul-
tas, ad eas liberè redire permittantur, dum ra-
men cum Infidelibus non cohabitent, sed potius
quoad fieri poterit, procul ab eis domos habeant.

Qui
19. in decr. de Judaeis & Neop. paragr. Et quoniam.
4 Greg. Naz. orat in Baptisma, & Basil. in ser. 2. de
Baptis. cap. 1.

ESU
Spiri.
II
VIII
28